ticulis, inueniemus Dauidem LXXV. pſalmis ἐπίγραφας poſuiſſe.

De ἀνεπιγράφοις etſi Hiero. ſequutus Rabinoꝝ ſniam, eos aſcripſit Authori, cuius nomen in p̄cedentis pſal. titulo inuenitur, tn̄ labefactauit ipſe hanc opinionem obijciens hunc pſalmi. XCVII. verſum, Moſe & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos ꝛc. non potuiſſe a Moſe cuius nomen in titulis proxime precedit dici, & conuellit hanc aſſertionem Rabinorum Paulus. ad Hebræos, aſſerens pſalmum XCIIII. eſſe Dauidis, quē ipſi contendunt a Moſe compoſitum.

Deinde Apl'i in Actis, & Eſdras in annalib. aſſerunt Pſal. II. et CIIII. qui ex numero XLV. ἀνεπιγράφων ſunt, Dauidis eſſe, nec vlla afferri pōt ratio alios eius generis, eiuſdem nō eſſe authoris.

De quinqꝫ & viginti reliquis qui can